Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



48

ℓ1

Nunquid tale est ieunium quod elegi: p die hominem
affligere aiam suam Nunquid contorquere quasi ar
cilum caput suum et sacum et cinere sternere
Nunquid istud uocabis ieunium et diem acceptabilem dno Nonne hoc est magis ieunium quod
elegi: dissolue colligationes impietatis solue
fasciculos deprimentes dimitte eos qui confracti sunt
liberos: et omne onus dirumpe: frange esurienti
panem tuum: et egenos uagosq; induc in domum
tuam: cum uideris nudum operi eum et carnem
tuam ne despexeris Tunc erumpet quasi mane
lumen tuum et sanitas tua cito orietur: et ante
ibit faciem tuam iustitia tua et gloria dni col
liget te Tunc inuocabis et dns exaudiet: cla
mabis et dicet Ecce adsum: quia misericors sum
dns deus tuus ℟ Quam pecis a dno hanc requiram
ut inhabitem in domo dni ℣ Vt uideam uoluntatem dni et
protegar a templo sancto eius Secundum Matheum.
Ant. Dixit dn. ds Audistis quia dictum est.
diliges primum tuum: et odies inimicum tuum Ego
autem dico uobis Diligite aut inimicos uros.
benefacite his qui oderunt uos: et orate pro persequen
tibus et calumpniantibus uos: ut sitis filii pa
tris uri qui in celis est: qui solem suum oriri facit
super bonos et malos: et pluit super iustos et in
iustos Si enim diligitis eos qui uos diligunt: quam
mercedem habebitis Nonne et publicani hoc
faciunt Et si salutaueritis fres uros tantum:
quid amplius facitis Nonne et ethnici hoc
faciunt Estote ergo uos perfecti: sicut et pater
uester celestis perfectus est Attendite ne iustitiam